

aberrasse, cum animi tui benevolentiam effundendam in me censuisti, ut quidē in hominē externum. In villa nostra decimoquarto ab urbe lapide, octauo Calend. Martias.

GVLIELMVS BVDAEV S CLAV  
DIO CANTIVNCVLAE S.



Pistolium tuum tertio Calendas Februarii as scriptum, accepi circiter dimidiatum mē sem Martium. Præterea nihil à te literarum accepisse memini post illud epistoliū, quod obiter ad te scripsi equo iam admisso : cum per urbem nostram iter facerem, eo tempore exinanitam fuga hominum propter pestem in villas secedētium. Corradum tuum nec uidi, nec literas tuas habui: id quod te magnopere conturbare nō debet. Nam diu iam hoc in uico domicilium potius & magis frequēs habeo, quām in urbe, etiam si utrobiq; domum habeo: nec in urbē, nisi in uitus commeo, & negotiorum causa. Quæ tamen domi meæ literæ ibi redduntur, ad me nō longo interuallo mit tuntur ab ihs, quos ibi collocaui. Hoc modo quotidie literas accipio ab amicis exteris, iuxta & municipibus meis. Tu uelim tibi p̄suadeas Claudi mihi charissime, siue Corradum, siue aliū mihi cōmendes, libentem me facturū (id q̄  
tuō merito, q̄ ultro me ad amicitiā singulari humanitate p̄uocasti) ut homines à te mihi cōmēdati, intelligent te mihi charū esse: meq; ita esse animatū, ut bene & accurate mereri de te cupiā: ne tibi cessisse in hac uicissitudine uidear exhibendæ humanitatis & bñuolentiæ, cū res ita tulerit. Reliqs in Pandectas Cōmētarios nec edidi, nec editurus sum, nisi alia mihi opinio sedere in p̄cordijs cōperit. Quare uan⁹ iste rumor, aureis uestras pepulit. Volo eñ ihs gratificari, q̄ mihi hoc laudis argumentū subducere gestiunt:

quos etiam ipsos, si integrum adhuc esset, facile ipse patet  
rer id mihi præripere, quod subducere instituerunt. Lau-  
dis enim mediocris iacturam, cum laboris ingentis com-  
pendio haud ægre compensassem. Vale uir amicissime. In  
Marliano nostro quinto Calendas Aprileis.

GVLIELMVS BVDAEVS PE  
TRO BEMBO S.



D me plurimum amandum (id quod antea  
euenisse tibi dicis) quibus nā philtoris impul-  
sus sis, coniçere ipe nequeo: qui in meis scri-  
ptis, quibus solis innotescere tibi potui (ut  
opinor) Venerem nullam agnosco: quæ ho-  
minem te mihi eximię elegantię, ingenij solidi, selectę do-  
ctrinę, gratię exuberantis conciliare potuerit: quum hęc  
omnia amoris honesti lenocinia, parum meis in scriptis,  
mea etiam sententia eluceant. Quare si ultro me amasti,  
aut erroris id fuit, aut ingenitę tibi charitatis in homines  
propensę earum literarum studiosos, quibus tu inclari-  
sti. Sic mores in Longolio, dotes q̄b animi eximias admira-  
tus, ultro tute illi benevolentiam opitulationem q̄b tuam  
detulisti, ac reo peregrinitatis etiam studium atq̄b patroci-  
nium. In quo facinore suscipiendo ac tuendo coniunctam  
opportune nactus es uoluntatem Iacobi Sadoleti graui-  
simi tui collegę, uiri non modo antistitis, sed etiam præ-  
stantis, omnibus q̄b ornamentis ciuilis uitę & elegantis  
uberrime præediti: qui cum ipso tenacibus glutinis concor-  
dię, ualidis ac multis retinaculis amicitię iuratissimę, cō-  
pactę q̄b benevolentię, quum deuinctum esse te ex literis  
tuis alias q̄b intellexerim, nullum tamen ius inter uos pro-  
pensius intercedere, uberioris q̄b ad amicitiam tuēdam exi-  
stimo (id quod tu in illa tua eleganti nomenculatura cau-  
farum